

his aris ibi suis, aves consulere: & si Numina ipsa vellent cedere, transferre ea in locum alium. Omnium facellorum exaugurationes admissurunt aves: Terminus tantum & Juventas (ab aliquibus additur Mars) nullis augurum precibus flecti potuerunt, ut sustinerent locis suis cedere: quo factum est, ut eorum ara contineantur templi ambitu: altera sita in vestibulo Minerva, altera in ipsa aede prope delubrum. Hinc consuebant augures, nec movendos unquam Dybis terminos, nec juvenilem vigorem urbi defore. AA. turba narrationem sequitur: Tit. Liv. lib. 1. scilicet. 189. & lib. 5. scilicet. 146. Stuck. de Sacrific. cap. 25. Marlian. d. Vives, 4. Civit. cap. 23. Alex. Neapol. lib. 2. cap. 22. Rosin. 2. cap. 20. & 4. cap. 6. Chartar. in Saturn. fol. 24. Alciat. Emblem. 157. Gyrard. d. Pomey, 2. p. Panth. Augustin. loc. cit. ubi Martem etiam permanentem introducit; & lib. 7. Strom. cap. 6. Arnob. Advers. Gent. lib. 8. Minut. Felix in Octav. Poetae identidem. Servius discutit in illud Virgil. 9. Aeneid. v. 448. Capitolij immobile saxi. Unde Ovid. d. v. 669.

Ovid. Terminus, ut memorent veteres, inventus in aede

Resistit, & magno cum Jove templa tenet.

9 Hinc gloria Cupidinis, de quo Otho Vanius Embl. Amor. 10. Cedere nolo Jovi, sed cedere cogor Amori. Quadrat verè in ejus amorem, qui dilexit ultra finem.

Oth. Vani. Disce Cupidineis concedere Termine dextris; Cedere, quem dicunt, non voluisse Jovi.

Terminus cedit Amor. ris potentie. Cur juvena non cessit, nescio. An quia foemina, semper propositi tenax? De Termine ait Lactantius, quòd supra. noluisse cedere Jovi, eò quòd eum de patris faucibus liberavit. Aenigma de Termine est apud Aul. Gel. 12. cap. 6. Rosin. 2. cap. 20. & Gyrard. Syntagm. 1. n. 70. quod exponit Varro de Lingua Latin. lib. 2. Angel. Politian. Miscellan. cap. 35. Aenigma ita:

Semel minusve, anbis minus sit, non sat scio: An utrumque horum, ut quondam audivi dicier.

Jovi ipsi regi nolui concedere.

Aenigma Termini. Facilis expositio, modò Terminus accipitur ex aequivoco, ut fiat Terminus: ex semel & bis, ter resultat. Non semel minus, nec bis minus, sed Terminus fuit, qui Jovi non cessit. Gyrard. de Aenigmatib. n. 24. Cum Termine in Capitolio statuam etiam fuisse Fidei, dicatam à Numa, ait Plutarch. in eo, & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22. & lib. 6. cap. 11. Astruit etiam Cicero, 3. Offic. Plin. lib. 35. cap. 19. Spectata est (inquit) in aede Fidei

Amor. Christi.

Oth. Vani.

Terminus cedit Amor. ris potentie.

Aenigma Termini.

Fidei imago cum Termino.

in Capitolio, imago senis cum lyra, puerum docentis. Agemus 5. Jun. A Beyerlinck, & K. R. V. ex Reufner. hac die signantur Vinalia priora, cum vina pura fiunt, in honorem Jovis, cui novum libare, mos fuit. Faluntur. Vidimus, 19. die, n. 10. & videbimus, 23. April. Eodem die Delphis statua dedicata Gorgie à tota Gracia. K. Grac. Meminit Plin. 33. cap. 4. licet mentiatur, sibi posuisse, ut hic observat Dalecamp. Meminit Cicer. 3. de Orator. & 2. de Finib. Rhodigin. 11. cap. 25. Gorgias (ait Valer. Maxim. 8. cap. 15. n. 2.) studijs litterarum atatis sue cunctis praecebat: ei universa Gracia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit; cum caterorum ad id tempus auratas collocasset. Pausan. cap. 334. Celebrat Plato, in eo, Victorius, 5. cap. 9. Plura ejusdem apophthegmata, Rhodigin. 19. cap. 20. & 30. cap. 9.

10 Delphis Neoptolemae. Meurs. Grac. Fer. Nemesis judicia quibant dici, quia Neoptolemus (id est, miles novus) nomine Pyrrhus, Achilles filius ex Deidamia corruit Delphis, à sacerdote caesus iussu Orestis coram Apolline; quia Trojae ad aram Jovis Hercei jugulavit Priamum, & Polixenam devovit Manibus patris, aliaque dira truculentaque patravit, quae videns Laodice, etiam filia Priami, petijt à Jove, ut sibi terra dehisceret, ne in Neoptolemi potestatem veniret; & ita factum. Latè refert. Quint. Calaber, Paralip. Homer. à lib. 13. Alij factam unam è Plejadibus asserunt, quem raro videtur; uti diversis fabulis videris, Isagog. April. à n. 10. Pena Neoptolemae, ex eo, quod cum ad Mercei Jovis aram Neoptolemus Priamum jugulasset, & ipsi postea accidit, ut ad Apollinis Delphici aram interimeretur. Extant & Parcarum duarum simulacra. Ostenditur ibidem focus ille, in quo Achilles filium Neoptolemi Apollinis sacerdos occidit. E templo egressis, circumseptam quadam est area, in qua Neoptolemi sepulchrum, cui parentant quotannis Delphi. Pausan. cap. 127. & 341. licet cap. 344. non in ara Hercei, sed extra obruncatum Priamum à Pyrrho, dicat. Herceus, Gracè, idem est, ac Patrius. Siccine appellabantur imagines, quas sub dio habebant domi Principes. Gyrard. Syntagm. 2. n. 44. Imago palatij Priami tribus gaudebat oculis. Natal. Com. 2. Mytholog. cap. 1. Expressè Pausan. cap. 66. Signum Jovis ligneum, oculos habens duos, qua in parte hominis eos natura collocavit, tertium verò in fronte: hunc illum esse Jovem Patrium tradunt, qui in Priami Laomedontis filij regia, sub divo positus fuit; ad cuius aram

Vinalia priora.

Statua Gorgiae.

Neoptolemae.

Laodice.

Neoptolemi mors & sepulchrum.

Jupiter Herceus.

Imago trivocula.

aram dicitur Priamus, capto Ilio confugisse. Obligisse verò imaginem in divisione prada Sthenelo Capanei filio, hancque Corinthi ab eo in rei memoriam dicatam. Nonnulli dicunt effigiem amictam fuisse lupi pelle: ideoque Lycaum dictum, de cuius cultu diximus die 15. à n. 13. additque Pausan. cap. 269. in aream ejus homini non esse accessum: igitur si religione contempta introierit, intra annum mori: ibi nec ara nec homines, nec bestiae umbram habent, nec venator feras ibi infecutas, consequitur. Ante aram duae eminent pilae, ad Solis exortum; quibus insunt aquilae inauratae pervetusti operis. Insignia oculorum Hercei in symbola assumpsit quidam politicus, addens tres alios oculos. Intuitum videris apud Octav. Strad. Tom. 2. fol. 23. Symbol. aliqua dixi. Tom. 4. T. 10. D. 1. n. 17. & 5. T. 9. D. 5. num. 17. Vide ampliora de Jove Herceo, apud Arnob. lib. 7. Rhodigin. 21. cap. 1. & Dempster. in 2. Rosin. cap. 5.

11 Apud Aegyptios sacra Justitiae. K. Aegypt. Plura de hujusmodi virtute, & quare in caelum elata; dicemus Isag. Septembr. à n. 3. ubi etiam ejus imagines, & insignia. In Aegypto (ait Diodor. Sicul. lib. 1. n. 61.) ubi Veritatis porta erant, Justitiae statuam extitisse, qua capite careret. Vide Isag. August. num. 6. & Coel. Gregor. ad Hieroglyph. Pierij Valer. lib. 1. cap. 52. Ubi Justitia virgo incorrupta per sinistram signatur, quae nulla dexteritate in corruptionem instruitur. Hinc Diodor. d. lib. 1. cap. 48. inquit: In medio judicum est Praetor judicij Veritatem clausis oculis collo appensam, plurimisque sibi libros adjacentes habens. Aelian. 14. de Var. histor. cap. 34. Circa columnam imaginem ex sapphiro gemma consecram gestabat, quae vocabatur Veritas. Adi Maluend. de Anti-Christi. lib. 11. cap. 11. & 21. Septembr. num. 7. Hujusmodi imago collocata fuit in Thebanorum tribunalibus. Alex. Neapolit. lib. 3. cap. 5. Plutarch. de Isid. & Osirid. Pier. Valer. lib. 35. cap. 27. de quo illustre emblemata apud Alciat. n. 144. Mulier corona insignis (infit Pier. lib. 1. cap. 30.) longa induta palla sedet, manum ad ensis inversi capulum extendens; littere circumscriptae: Justitia. Ab altera facie eadem mulieris effigies penè nuda, amictum quidem toto in exporreclam retrò dextram appenso, lava supra leonis caput injecta: littere adsculptae: Leonis humilitas. Justitiam cum Veritate coli ab Aegyptijs; idem lib. 41. cap. 4. portarumque Veritatis ad Justitiam meminit Vincent. Chartar. in Fortun. fol. 310. De sacris Veritatis, ejusque imaginibus, 15. Septembr. Cornel. Schrevel. in Terent. Ve-

Jovis Lycae ara, aerea, lucus sine umbra.

Justitiae sacra.

Imagines.

Veritas cum Justitia.

Ejus portae.

ritatem coruscante facie, cujus in sinistra palma, in dextra gladius fulmineus jungit Prudentiae, in cuius manu stellatum speculum, & simulationi, in cuius facie larva. Achil. Bocchi. symbol. 11. & Petra-Sancta, lib. 6. cap. 15.

DIES XXII. FEBRUAR.

1 Gradus secundus solis in Piscibus, & felix Dario. Sub hoc qui nati, juxta Firmicum, suspiciosi & stridentis animi. Occasus Sagittae. Plin. 17. cap. 18. sed hic Dalecamp. inquit: Sagitta orientur VIII. K. Martij. Hirundinum adventum signat Columell. Alcionij appellari dies. Ptolom. Fabula Alcyonum floride describitur ab Ovidio, 11. Metamorphos. fab. 10. & à Natal. Comit. tam hic, quàm 8. Mytholog. 16. Quia Ceyx Princeps Trachiniae & uxor ejus Alcyones gloriabantur tanquam Dij; Junonemque haec ille Jovem vocari gaudebant, facto naufragio in aves Alcyones, à Jove, & ut alijs placet, à Thetide & Lucifero mutati fuere. Qui quidem mare timentes, ne periclitetur proles, nidum mirabili structura conficiunt ex spinis aciculatis piscium in formam cymbae, ac in mare demittunt, prius explorantes, aliqua an ex parte fatiscat; ut ait Plutarch. de Industr. animal. & etiam de Amor. parent. erga filios. Dum incubant, quod frequenter per 14. aut 15. dies, mare quiescit, omninoque silet. Unde hi dies, esto in bruma, tuto eliguntur ad navigationem. Dies earum partus (ait Plin. lib. 10. cap. 32.) maria quique navigant, novere. Fœrificam brumam: qui dies Alcyonides vocantur, placido maris per eos & navigabili, Siculo maxime. Idem Rhodigin. lib. 14. cap. 11.

Alite mutantur satis obnoxius iisdem.

Perque dies placidos hiberno tempore septem

Incubat Alcyone pendentibus equore nidis:

Tum via intra maris: ventos custodit & arceat

Aeolus egressu, praestatque nepotibus equor.

Sagitta Constellatio ab Hebraeis vocatur Satan. Kircher. Tom. 2. Oedip. p. 2. class. 7. cap. 6. Spher. Arab. signat diei astrologici hieroglyphicum, Virum humi sedentem.

2 Inter Hebraeos dies summi gaudij, qui dictus Evangelium, seu bonum nuncium, audito à Zorobabele decreto regio libertatis in patriam, cum facultate aedificandi templum & Urbem. Zorobabel simulatque obtinuit à Dario praefatam gratiam, profectus Babylonem, latum popularibus suis nuncium

Simulatio, & Prudentia.

VIII. K.

Alcyonum dies, cordis & metamorphosis.

Ovid.

Natalis patriae.



cium attulit: Quo audito (inquit Joseph. 11. Antiq. cap. 4.) primum gratias egerunt Deo pro red- dita sibi patria: deinde ad epulas & comperationes versi, per hujusmodi hilaritates continuos septem dies exegerunt, & ob receptam patriam seu natalitiam festivitatem denud celebrantes. Idem 3. Esdr. 4. à 62. Post mortem Timothei, eiusque fra- trum, facinora Judæ ægregia pupugerunt in- timè Lyfiam, Antiochi Epiphani procurato- rem, id est, illis in partibus visoregem: hic tu- midè decrevit convertere templum in lupan- ar, sacerdotiumque venale constitutere; congregatis octoginta millibus peditum, cum universo equitatu & octoginta ele- phantis: omnia prostravit Machabæus, præ- cedente equite coelesti, veste candida, armis aureis hastam vibrans; fugiente è prælio Ly- fia, & dextram Judæ exoptante post bi- duum. 2. Machab. 11. à v. 1.

Victoria se- cunda Judæ de Lyfia.

Fœdus Ma- chabæi cum Romanis.

3 Eodem die post quinque annos, & mortem blasphemæ Nicanoris (de qua 13. die) audita à Juda Romanorum potentia mutuò cum eis fœdus pepigit, cujus teno- rem tabulis æneis Romani miserunt Hierosolymam. R. ex 1. Machab. 8. Adrichom. Ann. 3805. dicit, Statim post mortem Nicanor- is. Petav. 1. p. Ration. lib. 4. cap. 10. Sub hæc (infir) missis Romam legatis, fœdus cum Romanis ac societatem inivit Judas, mense Adar. Fœdera, mutueque conventiones referuntur loc. cit. Machab. ubi v. 31. dicitur Roma- nos scripsisse Demetrio, ne deinceps au- deret vexare Judæos, quippe jam socij. Idem Joseph. 12. Antiquit. cap. 17. Petr. Comest. in Machab. 7. Serar. Sanctius, Alapid. Ly- ran. Chartusian. cum D. Thoma, hic, & Tor- niell. Ann. 3893. n. 9. Salian. & Briet. signant ann. seq. quod non placet, ni intelligatur de proximo mense Nisan, anni Sacri prin- cipio, in cuius die 21. Judas certamine ce- cidit, ut videbimus num. 7. Justinus lib. 36. Histor. crism de hujusmodi articulo sic ef- format; Judæ à Demetrio cum descivissent, amici- tia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt: facile tunc Romanis de alie- no largientibus.

Plot. Phys- con menda- cissimus.

4 Ab hoc rerum tractu anno 14. juxta Brietium, victo Alexandro Bala, Ptolemæus Philometor hac die constituitur etiam Rex, Syriæ. Rauclin. ex 1. Machab. 11. à 1. Expul- sus ergo à suis Alexander, recurrit ad Socer- um, cujus arte expulsus fuerat, ut ait Jo- seph. 13. Antiquit. cap. 8. & Justin. lib. 35. In illa rerum turbulencia frater Philometo- ris Physcon, genio nonnunquam embolico, ac suapte dycolo, obtinuit dolo Cyprum à Romanis: equidem Romam querulus ve-

niens coram Senatu ostendit cicatrices vul- nerum in insidijs fratris acceptas, à quibus Philometor; quoniam à civibus Cyrenes impacta, dum illinc propter tyrannidem & truculentiam expulsus. Justin. d. lib. 38. & Brietius, Ann. 3900. Ægrè tulit Philometor judicium sententiam, apud quos nec audito- rum, sed tacuit, timens Romanos, rerum dominos; & pro Cypro cogitavit Syriæ re- gnum, quòd fallacia ac vastitie, doloque fa- cili valebat obtinere. Cum bellum ferretur inter Nicanorem, & generum ejus Alexan- drum, specie huic auxiliandi, copiosissimum coegit exercitum, & venit in Syriam, uti re- gionis Princeps acceptus (quippe non aliter jussit gener ejus Alexander) abutens il- lius honore: igitur in propositum molitum, suorum præsidia relinquebat, urbes pertran- siens. Penes illum jus erat regni, penes Alex- andrum nomen. Meminerat enim sceng quam construxerat in Alexandri fictitium honorem (de quo 17. Januar. n. 4.) ut non minore impetu fortunæ pateret destructus, quam elatus.

Philometor insidiatur genero.

5 Ingredienti ergo Azotum, cives qui pietate Jonathæ remanserant in civitate, rui- nam ejus, & templum Dagon incensum Phi- lometori ostenderunt; ut in Ducem Hebræo- rum provocarent stomachum. Gravier tu- lit, sed tacuit, ne ejus perfida cogitatio vel levem haberet obicem. Venit in Joppen Jo- nathas ad Philometoris obsequium, & invi- cem se salutaverunt, & dormierunt illic, hoc comitante Regem usque in Eleuterium flu- men, ad radices Libani (ut notat Adrichom. in Afer, n. 37.) quin Philometor indicasset aliquod signum offensi vel exulcerati ani- mi. Aliquid doli suboluit Alexander, & jux- ta Appian. de Bell. Syriac. & Joseph. d. Ptole- maide per amicum curavit tollere. Verum totum falsum, quoniam à Philometore fi- ctum, ut deauraret Syriæ invasionem.

Respuit contra Jo- natham ob- jecta.

6 Joseph. quò dudum, ait, sed non verè: Ptolemæus affinitatis Alexandri penitens, & lati adversus Demetrium auxilij; abstracta à marito filia, confestim ad Demetrium mittit legatos de socie- tate & amicitia, his conditionibus; ut data sibi in matrimonium filia, in paternum regnum cum resti- tueret. Contra Scriptura, ubi supra à v. 8. Ut ergo pervenit Seleuciam, quæ erat in Coelesyria, non quæ ad Tygrim, fœdus præ- fati conditionibus cum Nicanore pepigit: ipseque Antiochiam ingrediens, imposuit sibi duplex diadema; Ægypti, scilicet, & Asiæ. Surrexit in eum protinus Alexander, è Cilicia cum exercitu regrediens; sed co- pijs Philometoris fugatus; in Arabiam fu- git

Fit Rex Sy- riæ.

git ad amicos, quibus filium suum credi- derat (ut dicitur v. 39.) at victorem mul- tens Arabiæ Rex Zabdiel, ejus abscondi ca- put, perfidè jussit; quod pro summo ob- sequio Philometori obrulit. Ibid. à v. 16. Comestor hic cap. 11. Adrichom. in Chro- nic. Ann. 3805. Salian. Briet. Turfellin. ann. 3807. & Petav. 1. p. Rationar. tempor. lib. 4. cap. 10. Exitum tanti moliminis videbimus, die 25. n. 8.

Alex. Bala jugulatur.

Pompejus obsidet Je- rosolymam.

7 Ab Alexandri Balæ assumptione in Regem Syriæ, ann. 88. calculatione Brietij; Pompejus Magnus commotus in Aristobu- lum (nil minus cogitantem, etenim Jero- solymam fugerat, vel confugerat) cum toto Romano exercitu & auxiliari obsedit. Ex- pavit Aristobulus videns è muris ordinatas acies, robur militum, ac animi alacritatem ad quælibet difficilia. Tunc demum poenit- entia ductus, supplex occurrit, pecunias offerens, etiamque semetipsum cum civita- te; quo quidem Pompejus, quantumvis ira- tus, quievit: at cum misisset Gabinium cum militum manu in urbem, ad pecuniam re- cipiendam (interim retento in vinculis Ari- stobulo) haud receptus intra moenia, ne- gantibus pecuniarum civibus. Cautius illo in articulo custoditur Aristobulus, correcto furore Pompejo: qui statim ad muros acce- dens, explorabat qua facilius pateret accel- sus ad urbis expugnationem. Verum illi dif- ficile undique visum, propter firmitatem moenium, ac validas munitiones. Diu ha- sit, movitque castra in Septentrionem (quæ quondam Chaldæi ingressi fuerant urbem) in locum, qui dictus post, Castra Pompeij; ut observavit Adrichom. in Jerusalem, n. 264. Joseph. 6. de Bell. cap. 13. qui lib. 1. cap. 1. arti- culum refert, & 14. Antiquit. cap. 7. quem Egesip. sequitur, 1. de Excid. cap. 16. Gene- brard. Ann. 4020. Salian. 3991. Torniell. 3990. & Comestor, in 2. Machab. cap. 9.

Aristobulus retinetur in vinculis.

Christi ge- sta.

8 Anno 31. Christi à Polo refertur ele- ctio discipulorum: incongruè sanè, dum necdum descenderat in Jordanem, interim- que prædicabat in Synagoga Galilææ; & jux- ta Epiphanium, quem sequitur adhuc ma- nebat in Nazareth. Ann. seq. signatur à Ca- lixt. Placent. quàm malè auditus à Judæis fermo Salvatoris de Eucharistia. Unde etiam multi ex affectis abierunt retrò, dedignan- tes ejus convictum: tuncque Servator N. ad duodecim dixit: Nunquid & vos vultis abire? vita eterna habes: & nos credimus & cognovi- mus, quia tu es Christus filius Dei. Joann. 6. Tom. 1. Ephem.

à 67. Haud suffragor tempori, quia 22. Adar, nequibat esse proximum Pascha Ju- dæorum; ut dicitur, v. 4. Ex prodigio mul- tiplicationis panis, quo grati audientium animis sumpta occasio in declarationem, & expositionem panis vitalis, supercoelestis: de quo 14. April. n. 13. ante plenilunium Lunæ Nisan, in quo Pascha, ad cujus celebra- tem Christus hoc anno non ascendit Jero- solymam. Joann. 7. 1. & Alapid. hic & in Chronotax. n. 31.

Minerva capta.

9 Romæ sacra Minerva capta, in mon- te Cœlio celebrata astruit Uvolfang. Lazius 10. de Rep. Rom. cap. 10. Fallitur, videbimus 19. Mart. n. 15. quo die ab Ovidio fixa, 3. Fastor. à v. 829. In K. Rom. & à nonnullis ex K. V. sig- natur Regifugium. Exponetur die 24. n. 11. & 28. n. 13. Hoc die erant Kalenda Intercalares, si aliqui aliquando addendi in anni regimen & temporis ordinem. Hospinian. de Fest. cap. 10. Tunc enim ab hoc die Februarius se- cundus incipiebat, Idusque habebat, ut vi- dimus die 13. n. 23. ex triumphis, Idibus In- tercalar. notatque Goltz. in Fastis, pag. 93. & 133. immò triumphum C. Duilij Nepotis idem pag. 87. signat Kalendis Intercalaribus: quo quidem elucet ordo secundi Februarij, ut tempora aptarentur ad cursum Solis. At fufius agendum die 29. à n. 12. A Macro- b. 1. Saturnal. cap. 13. diem 23. signat in embo- lismum.

Minerva capta.

Kalenda Intercalares.

10 Hic enim semel triumphans vanissi- mus quotidie triumphabat, retentà quan- diu vixit quadam triumphali pompà, para- tà tibicine, quæ cantu triumphi acti excita- ret memoriam, illo à cœnà surgente. Cn. Duilius Consul adversus classem Pœnorum (ait Tit. Liv. lib. 17.) prosperè pugnavit, primusque om- nium Romanorum Ducum navalis victoria duxit triumphum; ob quam causam ei perpetuus ho- nos habitus est, ut revertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferretur. Anno v. C. 494. primo bello Punico electi fuere Coss. C. Cornel. Scipio Atina (ita dictus, quia cum ab illo vas in promissa peteretur, onu- stam auro & argento, asinam in forum protulit) & Cn. Duilius Nepos. Ille Mes- fanam appulit, unde ad Liparam prodito- riè invitatus, simulato colloquio, ope- rà legati Prioris Annibalis, oppressus est, vivisque captus, cum tribunis aliquot Carthaginem missus, necatus in vincu- lis, Punicam fidem quanti habendam cap- turà atque nece pronuntiavit. Duilius ve- rò contra velocitatem navium Pœnorum suas triremes armavit harpagonibus, quos Cervos nominavit; ut statariam quasi pug- nam

Triumphus Duilij Ne- potis.

Unde Corn. Scipio di- ctus Asinat

Necatur.